



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Rainerivs C. 17. Iunii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

crucem agi dolebat. Hic ut luctum virgo suum testaretur, VII. annorum sibi jejunium indixit, alterumque æque longum pro peccantium salute adjecit, & subinde SPONSVM irato PATRI vidit supplicem, & vulnera velut clypeum pro orbe perituro objicientem. Martyrii desiderio tam bulliebat in amante sanguis, ut arteriam aliquando ruperit, cælumque idem pramium, quod martyribus sponderit. Sacrum epulum adire inter Angelos non semel, quandoque etiam inter MARIÆ, & D. Ioannis comitatum visa est. Antequam obitum oculis orbata, nunquam tamen magis cælestia, quam tum vidit. Moriēti enim cum MATRE, & aliis Cælitibus obviis SPONSVS venit; quibus ducibus in cælos abiens, errare etiā cæca non potuit. Ex Surio & Lippeloo.

S. RAINERIVS C. 17. Junii.

RAINERIVS Pisanus cupiditatum Rastu abreptus, ad infames adolescentiæ scopulos naufragium innocentia fecit: enatavit tamen arreptâ poenitentia tabulâ, & Sacerdoti expiandū se stitit. Sed obstitit noxius pudor, ne omnia probra detegeret: donec Angeli voce silentium increpantis animatus bonâ fide se reum peregit. Iudex confesso mulctam nullâ imposuit, professus ejus arbitriū cæleste sibi numen reser-

reservasse: ex eo tempore cum finem flendi nullum faceret, oculi cum lacrimis extillarunt, tanto parentis dolore, ut vitam abrupturus tibi fuerit, nisi Deus precanti lumē reddidisset. Publicus deinde pœnitentiæ præco factus, reversusque Hierosolymis inusitatā in paternis adibus Mephitin est odoratus. Causam indaganti, ita olere opes, Christus respondit, ceterumque luxus apparatus. Ergo iis quoque abdicatis, Hierosolymitanū iter rudi sago indutus repetiit, ad durissimas leges vitam omnē exigens, maxime postquā sobriè cum viro sacro prœdientis linguam vespa aculeo fodit, velut temperantiæ vindex. Posthac enim ad panē & aquā obsonium nullū adhibuit: condimenta tamen celo petebat, sæpe Christū cum Matre habere convivas solitus, quod prodigiis omnibus, quæ plurima patravit, illustrius fuit. Hoc illum contubernium sanctum fecit, miracula probarunt. Mortem an. M. C. LXI. obiit. Nos ejus virtutes taceremus, si sua olim scelera tacuisset. *Ex Phil. Fer.*

S. A V I T V S C O N F. 17. Junii.

Ostendi utique A V I T V M Deus mundo voluit, cui tantam nascenti lucem circumfudit, quantam humani oculi agrè paterentur. Ipse tamen latebras quaesivit Mictianensi monasterio